

Bethlen Gábor azon törvényének, hogy a templomok a többséget illetik, kiméletlen végrehajtása a legfensőbb körökben kimondatott, az unitariusok szüntelenül ostromolva, fenyegelve, üldözve, megtörve, azon országban, melynek többsége egykor hosszu ideig az ő hitvallásukat követte, alig tudtak fenmaradni, elanynyira elgyöngittettek, hogy II. József türelmi parancsa után is évtizedek teltek el, míg sok helyütt ismét némi új erőt gyűjtve, templomot és iskolát építhettek és így őket védképen kiirtani nem lehetett.

Az I—VII. számú hivatalos kimutatások adatai világosan mutatják azt is, hogy a térítés az 1601—2., 1709., 1713., 1728—1731., 1744. évi titkos tervek, s legfelsőbb helyre tett hivatalos felterjesztések és tanácsok értelmében <sup>1)</sup> maga a fejedelemszszony és legfelsőbb kormánya kezdeményezte, a kir. főkormányzék, r. kath. egyházügyi bizottság, a hazai politikai és egyházi hatóságok közvetítésével rendszeresen vitték, s csak így sikerült, hogy lassanként az ország minden pontján, mind a három nem-katholikus hitfelekezet, sőt a görög keletiek közt is szemmel látható hódítást tettek; de azt is mutatják, hogy az áttérők nagy tömege a kevésbé művelt nép közül való volt, a művelt osztályt csak anyagi érdekek vitték rá. Jellemzőleg igazolják ezt főleg a VIII. sz. alatti áttért tisztviselőkről közölt adatok.

Mikor már a térítés 4—5 évtizeden át nyilván és titokban, magánlag vagy hivatalosan folytattatott s a r. katolikusok száma a többi hitfelekezetek létszámát elérte, itt-ott tul is haladta, elkezdődött az egész országban ismét hivatalosan, a kir. főkormányzék, megyék és városok hatóságai, a törvényszékek és katonaság által a templomok, papi lakok és külső-belső unitárius és más egyházi birtokok, iskolák, harangok, stb. előbb szépen, önkéntes átadást kérőleg, azután politikai úton kényszerítőleg, majd katonai karhatalommal való erőszakos elvétele, — a miről, ha élet lesz és kedv, tán más alkalommal írok.

J a k a b E l e k.

## LXVI.

### A sinfalvi templom elfoglalása 1772. november 30-án. \*)

A Sinfalvi templom elfoglalására vonatkozólag e folyóirat idei első számában egy magyarnyelvű okmányt közöltünk, most abban a szerencsés helyzetben vagyunk, hogy a teljes szövegü, eredeti okmányt is közreadhatjuk:

Excellentissime Domine Domine S. R. I. Comes Gubernator Regie Excelsum item Regium Gubernium!

Miserabilem Sortem nostram tristemque casum, qua recenter nobis evenit, coram gratioso Excelsi Regii Gubernii Conspectu dolo-

<sup>1)</sup> Ezen titkos terveket már korábban Virasztásaim czim alatt közölttem, részint most vannak közlés végett a szerkesztőséghez beküldve. J. E.

\*) Copia Repraesentationis intuitu Templi Sinfalviensis die 17-ma decembris 1771 Excelso Gubernio Regio submissae.

rose detegere necessitamur. Qualiter Anno currenti 1772-do 29-na Mensis Superioris novembris, ipsa videlicet Dominica Die Sera Vespera, postquam Militibus I. Legionis Gyulaianae in Pago Kövend et Sede Aranyas in quartirizantibus adventus Domini Colonelli inejatam Circulum ubi contrahebantur Milites nunciatus extitisset, Subinde Milites in Kövend eadem Nocte arma pararunt, et eaden Nocte in 30. Novembris inclinante, hora antellucana, Primarius Locumtenens in Kövend quartirizans Dominus a Rokász dato per Tympani Sonitum Signo Milites eates collegit, caeterique in vicinis Pagis Contracti audito Tympani Sonitu ad arma convolarunt, et primi Milites in Felső-Sinfalva in quartirizantes ordine Militari ad Turriculum Ecclesiae nostrae Domo Parochialis contiguam convenerunt, armaque Sua adeundem Turriculum circum circa Statuerunt. Mox Milites ex Rákos Sub Decurione Virtsik; et Várfalva Ductoribus Rev. Patribus Missionariis Bernad et Miháltz in dictum Pagum Felső Sinfalva accesserunt, cumque Copia Militum Felső Sinfalviensium ad Turriculum se conjunxerunt, Domini vero Missionarii ad Curiam Tit. Domini Davidis a Dindar Se diverterunt; Praefatus Locumtenens Dominus a Rokász — continuato, quam in Kövend hora adhoc antelucana incipi jusserat, Tympani Sonitu, Suam pariter Copiam, praeunte Architectore Militari Securi instructo, transfert in Sinfalva, et ad Turrim cum reliquis Militum Copiis pariter conjungit, compositumque ex his Corpus, illucescente Die ad templum nostrum velut ad praelium ducit, relictis ad Custodiendam Turrim, quam occupaverant, duobus Vigilibus cum sclopetis et Bajonetis; ac in Facie Templi incessanter et horrendum in modum, ac si cum Hostibus pugnaretur, per Milites Sclopetis explodi, tandem muros conscendi, Fores Caemeterii recudi, Caemeterium invadi, occupatique ordinat, positis pariter ad Fores Caemeterii Duobus cum Bajonetis Militibus. Interea Illustrissimus Dominus L. Baro Emericus Miske dictae sedis Aranyas Supremus Judex Regius carpento Superveniens inque Curiam praetit. Dimini Davidis Dindar descendens medio Judicis Pagensis Nonnullos ex Unitariis Subpaena 24 florenor ad se accessiri jubet, comparantibusque Unitariis idem D. Baro Supr. Judex Regius ostendit quoddam Scriptum, dicens illud Suae Mattis Scrae Regium Rescriptum esse, unaque asserens: Velle et jubere Suam Mattem Scram Templum Unitariis adimi, et Dominis Romano-Catholicis tradi; praesentes vero Unitarii quia latini idiomati non satis gnari essent, nec illius Scripti Sensum intelligerent, institerunt Responsum tantisper differri, quoad unum alterumque ex Suis hominem Scriptum illud clare explicantem invenirent; at praetit. Dominus Baro Supremus Judex Regius, et a Dindár non dari Dilationem responderunt. Interim placuit Domino Bároni Supremo Judici Regio ex eodem Scripto Unitariis praelegere, et explicare eo modo: quod quia Templum antiquitus fuisset Romano-Catholicorum, ideo jussisset Sua Mattas Scra ipsi Dominis Catholicis iterum restitui, Unitarii responderunt: Se Benignissimae Scrae Mattis voluntati, Si tamen ea esset, Clementissimoque Mandato annuere, nullo modo contravenire, tanquam fidelissimi Suae Mattis

Subditi; dummodo liceat ipsis quoque Unitariis ad Sanctissimum Suae Mattis Thronum, Gratosumque Excelsi Regii Gubernii Conspectum Suppliciter confugere.

Post haec ex commissione Praetit. Domini Baronis Supremi Judicis Regii, Domini: Dindár et duo Locumtenentes, unus Dominus a Rokász, alter vero Miháltz Kálnokianus Equestris, cum compluribus secum assumptis ingrediuntur Parochiam, et Nomine antetitulati Domini Supremi Judicis Regii a Parocho Domino Josepho Huszár Claves Templi petunt. Subhac comminatione: quod Si dederit Claves, bene quidem, alioquin noverit Dominum Supr. Judicem Servitores pro adimendis clavibus Sufficientes habere; unaque admonent Parochum ut intra triduum res Suas disponat, paretque Se ex Parochia emigrare. Parochus respondit: Clavem prae manibus non habere nec prius, quam Benignissimum suae Majestatis Rescriptum videret, inde migrare velle, nec hyemali hoc tempore familiam Prolesque suas movere posse. Interrogantibus: ubinam clavis esset? respondit: apud Cantorem servari; Confestim Cantor Praeceptorie vocatus, et ad mandatum Suae Majestatis esse ratus Solicitatem clavem tradit. Qua recepta, praefatus D. a Dindár dixit: Unitarios a Recursu ad J. Tabulam Continuum, Excelsumque Regium Gubernium haud impediri; Inde recedentibus, et ad dictam Curiam Dindarianam redeuntibus, ex Jussu Domini Locumtenentis a Rokász per milites eo facto pulsatum extitit, ex Curia Dindariana Nominati Missionarii, duo dicti Locumtenentes cum Comitiva venerunt ad faciem Templi; ibidemque armatis Militibus ab una parte in ordinem dispositis, ab altera vero parte Dominis Catholicis ex circumjacentibus Pagis eo convocatis et astantibus, ut et aliis etiam ex qualibet Natione, et Religione ad Stupendum hocce Spectaculum confluentibus, positis denique duobus ad violatas, et aperatas Caemeterii fores Vigilibus Militaribus, Primi Domini Missionari concommitantur Militare Corpus armatum prius Templum circumeundo, demum intrant occupantque: Interea: Duo Parochi Unitariorum ex Rákos et Felső Sinfalva, cum duobus Ludimagistris pariter Rákosiensi et Várfalviensi cum nonnullis Auditoribus Suis conveniunt Praetitulum Dominum Baronem Supr. Judicem regium in Curia Dindariana petentes Regium Rescriptum, Si tamen esset, Secum communicari, ad legendum, Sed non communicavit; ostendit nihilominus aliquam Copiam et praelegit Sequentia:

Nos Maria Theresia etc. ad petitionem Patrum Missionariorum duodiversarum Religionum Tempa, quorum alterum est Sinfalviense Unitariorum etc. — Hic Substitit dicendo: reliqua non concernere Unitarios; Sed sensum hoc, quod Sua Mattas Sacra — Templum Sinfalviense Catholicis cecisset. Ad hoc Parochus Sinfalviensis: Licet Suae Mattis esset Mandatum, non posse tamen eum cum totidem Prolibus intra triduum exesse; instititque praeterea Campanam unam per Magnificum quondam Dominum Franciscum Toroczkaí procuratam Unitariis reliqui. Memoratus Baro cum missionariis de eo Se tractaturum respondit. Postea Praetit D. Baro curavit vocari Parochum Sinfalviensem Sub

affidatione mansionis ejus, Cantorisque in Parochia usque primum Ver fienda, ea tamen Lege, ut Parochia in eo, quo nunc est, Statu primo Vere ipsis Catholicis restitueretur; at Parocho comparente, quia praetit Dominus Baro ad redeundum in provincinetu esset, negotium committit Domino Dindár pertractandum: vocatur deinde ex commissione paetitulati Domini Baronis Supr. Judicis Parochus, aedilisque ac tertius Ladislaus Pálfi per. tit. Dominum a Dindár, in Curiam Suam, ubi jam praeparata ad Scribendum requisita, ut pote: atramentum Calamus, Papyrus in mensa posita erant, praesentibus que Missionariis, duobus Locumtenentibus, Duobus Cantoribus Catholicis, coëgit Dominus Dindár Parochum nostrum ad Scribendum Contractum hoc tenore: ac Si Unitarii ad mandatum Suae Mattis Sponte et nemine cogente, ultro Templum Catholicis cessissent. Dominus a Dindár tentat Parochum inducere promissis manutenturumque Se in Parochia et ejus appertinentia usque ad adventum primi veris Parochum Spondit dummodo Cessionales Subscriberet; Sed Parochus nec sic. Inspectore ejusdem Tractus Ecclesiarum Unitariorum aedituque Sinfalviense Sub Stricta inhibitione Parochum avocare contendentibus, dum Parochus abitum pararet, Dominus a Dindár brachiotenus detinet, alii Januam illi praecluserunt, ne egredi posset; Dominus Missionarius a Miháltz nimis cogere tentat; denique violenter circumventus coactus est Scribere, dictantibus Domino a Dindár et reliquis Sequentia: Tiszt. Pater Missionariusok megengedék, hogy a parochiába lakjam tavaszig, de akkor transponáljam olyan módon, a mint most tanáltatott; Melyről adom ezen contractusomat tulajdon Subscriptionom és usualis Pecsétem alatt futuro pro Testimonio Anno die ut Supra, Locoque in Sinfalva, Kolozsvári Huszár József Parochus m. p. Sigillum vero Dominus Dindár proprium dedit quod Parochus Contractui impressit, aedituus vero Stephanus Samuel et Ladislaus Pálfi aliunde scripturae ignari dum Contractum Subscribere renuerent, per Samuelem Pálffi loco aeditui Stephani Samuel et loco Ladislai Pálffi per Ladislaum Pisoni subscribi fecerunt, Samuele Pálffi et Ladislao Pálffi pariter contractizantibus. Hoc facto:

Ex Curia Dindariana accesserunt omnes ad Turrim, eamque ascendentes Dni Missionarius Miháltz, Dindár et alii, Minorem quidem Campanam Unitariis concesserunt, majorem pro Catholicis occupantes. Ipso hujus-modi occupationis Sequentibus item ad 8. usque Diebus peracto hoc violento actu, ac rumore de Secutura Temli Minorum Reformatorum Rákosiensis ademptione et Occupatione publice Sparso: Universa Plebs concita, non secus de futura Templi Unitariorum Várfalviensis Occupatione permota, ad defendendum prona erat; non credebatur enim hujus-modi Occupationes, a Sua Matte Serma ordinatas esse, sed quantum fieri poterat, per Inspectores et Curatores Ecclesiarum sedata est.

Octava Ejusdem mensis Novembris Die videlicet Dominica circa horam Decimam dato per Campanae Sonitum Signo, convenimus Unitarii in curiam Domumque Magnificae Dominae Francisco Thorockaiana in Sinfalva habitam pro peragenda Devotione, et Sub ce-

lebratione Cultus divini Dominus Missionarius a Bernad irruit in Domum, et Sub severa comminatione Parochum et nos auditores ab instituendo ibidem Divino Cultu inhibet.

Ex praemissis Excelsum Regium Gubernium actum praevio modo patratum illegalem, et per omnes Leges prohibitum advertere gratiose dignabitur; illegalem dicimus actum ex eo:

1-mo. Qua tam legibus Patris Signanter Appr. Const. Part 1-mae Tit. 1-mi articulo 1-mo, tam Benignissimis suae Mattis Scrmæ Regiis Rescriptis, proximo vero occasione Controversiae Templi in Sz.-Háromság Sedeque Maros existentis ortae Clementer emanato Serio interdictum habetur; ne Templi per hujus-modi illegalem actum et via facti privata auctoritate modoque tumultuario occupentur, Sed procedatur per Praetendentes via Legibus Patrii praescripta, hoc est: Contraversia ratione templi in uno Eodemque diversae Religionis Pago existentis Subversans per exmittendos idoneos eatenus Commissarios investigetur, Templumque majori parti addicatur. Jam vero

2-do Constat Unitarios in Pago Singfalva Patres familias domiciliatos posse numerari plusquam 30, Catholicos vero Vix Sex. Et sic

3-tio. Non potest concipi Scrmam Suam Mattem hujus-modi Occupationem praecepisse. Si enim ea fuisset Mattis Scrmæ benigna voluntas, tum jussisset medio Excelsi Regii Gubernii, nobisque notum reddidisset. Nec inter erat Dominis Catholicis, Si hujus-modi Decreto Regio muniti fuissent, assumpto secum Militari Brachio, Sub noctis Silentio Ecclesiam invadere, Clavem per vim Ministris adimere, Templum taliter occupare, Consequenter Parochum et aedilem et alium tertium ad conscribendas et dandas Cessionales pari vi cogere, quia nos ut et omnes Unitarii Benignissimo Suae Mattis Mandato homagiali cum devotione Sicut Semper ita hac quoque occasione obtemperassemus. Proinde

4-to. Ex asse videntur tam illustrissimus D. Baro Supr. Judex Regius cum praenotatis Suis assumptis, quam vero Locumtenentes praememoratae Militiae, quod sine ordinibus Regiis Excelsique Regii Gubernii, quam I. Supremae armorum Praefecturae illegalem hunc ausum propria sua auctoritate pertentare praesumerint.

5-to. Nec Cessionales Parochi aedilis item et Ladislai Pálfi vi extortae quidquam pro Dominis Catholicis opitulari possunt, nam 1-mo Illi Sponte et ex bona voluntate in Templi Occupationem non consenserunt, 2-do Antequam Cessionales extortae fuissent, jam omnia occupata fuerunt praeter Parochiam. 3-tio Bona modo praevio occupata non fuerunt (ut praetenditur) Cedentium, et sic rem alienam abalienare non potuerant, neque concipi potest quod Sponte cessissent aut Cessionales Scripsissent.

His et ex Similibus rationibus coram gratioso Excellentiae vestrae et Excelsi Regii Gubernii Conspectu Supplici de genu humilime oramus! ut Si quantum Supponimus praedeclarata Occupatio citra Altissimum Mandatum contigerit, dignentur Excellentiae Vestrae praedeclaratam laesionem nostram Paterno cordi Sumere et Superatten-

dentali Sua auctoritate de restitutione praeattacti Templi reliquorumque Bonorum modo praevio occupatorum illis, quibus interest committere. Nos velut Spoliatos in integrum restituere.

Hujus modi praeterea praetendentes Suo-modo coerceri facere, ne et iposterum Similem ausum attentare praesumant.

Humilime interim et Solemni cum protestatione insinuamus: nos in praeattacti Templi occupationem haud consensisse, nedum illud Dominis Catholicis cessisse, et si quid aliqui nostrum Seu Parochus noster Josephus Huszár Seu aedilis Stephanus Samuel, Seu denique Ladislaus Pálfi aut quicumque fecissent, Scripsissent, et consensissent, illos, omne illud vi. et ex Coactione fecisse, Scripsisse et consensisse, adeoque Solum illud factum, Literasque (uti praetenditur) Cessionales per vim et Coactionem qualitercumque revocamus, cassamus et praeattactae Cessioni contradicimus solemniter de genu orantes hanc nostram protestationem protocollari, nobisque autentice una cum Supplici hocce libello extradari Effectivam nostri in integrum restitutionem humilima Submissione praestolaturi emorimur.

Excellentiae Vestrae

et

Excelsi Reggii Gubernii

humilimi Sed misere afflicti servi  
Ecclesiae Unitariorum, in Sede Aranyos  
Sinfalviensis Commembra.

Rájegyzés: — Nulla data est Resolutio.

Közli: Benczédi Gergely.